

## Werk

**Titel:** Ausführlicher Bericht von allerhand neuen Büchern und andern Dingen so zur heutig...; Ausführlicher Bericht von allerhand neuen Büchern und andern Dingen so zur heutig...

**Verlag:** Stock

**Jahr:** 1708

**Kollektion:** rezensionszeitschriften; vd18.digital

**Werk Id:** PPN55554432X\_0001

**PURL:** [http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN55554432X\\_0001](http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN55554432X_0001) | LOG\_0097

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

Kannt würden. Diese variæ lectiones sind fast alle aus Jani Gebhardi und des Herrn Auctoris Büchern zusammen gelesen.

Zulezt kommt eine ziemliche Menge vor trefflicher Anmerckungen welche Rich. Bentlej<sup>9</sup> auf des Herrn Verfertigers Bitte in etlichen wenigen Tagen, wie er selber schreibt, aufgesetzt. In selbigen werden von dem sinnreichen Urheber des Davilii Verbesserung- und Erklärungen theils gelobet und weiter erläutert, theils verworffen, und andere an deren stat vorgebracht, theils auch manche von Davilio selbst nicht wahrgenommene Dörter verdächtig gemacht, und deren rechte lection gewiesen; ingleichen bey Gelegenheit anderer Scribenten verbessert.

### III.

Præstanti & erudito viro

J. G. K.

THOMAS CRENIUS

S. D.

**P**Ostquam ad secundam nostram Librariis de Furibus stilum Vestrum delabi Dissertationem permisistis venustorum in Excerptorum Vestrorum libello, eumque Tu mihi exhibere voluisti, rogans ut residuum argumen ti, quod mente fortassis complexus essem adderem: qualicumque finem operi nostro statuere nolui; etsi ab inquis Scripturam no stram

stram observari sensi, & adversarios in pejorem partem rapere, reliqua tamen subtexetur Dissertatio; quam his Matthæi Sutlivii verbis, c. V. libri de recta Studii Theologici ratione, p. m. 40. editi Hanoviæ MDCIV. in 8t. legendis, inchoabimus: *Ridebunt adversarii*, (Pontificii) quando intelligent nos, tyrones (l. tyrones) in hoc studio ad scripta Lutheri, Zwinglii, Calvini, Melanchthonis, Pomerani, Bullingeri, Petri Martyris, Buceri, Oecolampadii, Musculi, Gvaltheri, Bezæ, aliorumque Orthodoxorum remittere. Sed rident illi & DEUM, & sanctam Christi religionem. Hoc sanè certum est, ipsos ad Origenis & Ambrosii patrūmque commentaria multa addidisse, scripturarūmque sententiam literalem fideliter exposuisse. Quod & ipsorum adversariorum testimoniō liquet. nam quicquid vel Cajetanus, vel Ferus, vel Toletus, vel Arias Montanus, vel Pererius, vel Pintus, vel Jansenius, vel Stella, vel alius ex omni adversariorum numero interpres opportune dixit, aut ad Scripturæ aliqua loca annotavit, hoc ferè omne, licet ipsi hoc negent, & dissimulent, ex nostrorum hominum commentariis transtulisse videntur, ut ex locorum collatione facile colligere licet.

ALCUINUM FLACCUM ALBINUM non dubitat C. Barthius, lib. LVIII. Adversarius. c. XIII. extr. col. m. 2749. edit. Francof. MDCXXIV. in fol. suam observationem in De Quæstionib. in Genes. XXX. 39. debere alicu-

majorum gentium Exegetæ in Genesim scribentibus non enim ea tum, cum ille scriberet, tempora erant, ut Hippocratis libris facile quis lectis in ea regione, ubi ille vivebat, gloriari posset, & mos alioquin Christianorum Expositorum notus est, nullo malo aut sinistro animo, sed simplici candoris confidentia, describere etiam πρὸς Λέξιν Commentaria majorum, neque meminisse interim auctorum, quos noverant, videlicet, non gloriae caussâ, sed emolumenti & utilitatis publicè dona cælitus data litteris reliquise. De Albinō, Anglo, Eboracæ in Patria Diacono, in star omnium, censente Joh. Gottfrid. Oleatiō, Halâ Saxone, in p. m. 17. Abaci Patrologici, Jenæ M. DC. LXXI. in gt. editi, Gentilis ejus Joan. Pitseus legendus de Scriptor. Anglic. p. 162. quem librum in raris nec obviis temere pono.

Johannes de L'ABADIE ex-Jesuita, auctore Antoniō Hulsiō, part. i. Speciminum Theologiae Hypotheticæ, Disput. XVII. §. XV. p. m. 424. edit. Lugdun. Batav. cl̄c Icc LXXVI. in 8t. Joan. Cocceji vitulis laborare solet. Sequente paginâ 425. §. 17. nominatur Labadie Cocceji simia. Quia hic sum, obiter moneo Ludovicum Wolzogen, Ecclesiæ Walonicæ apud Ultrajectinos Pastorem & Historiæ Ecclesiasticæ in Academia Professorem fortasse non falso in p. m. 34. ut ego numeravi, Orthodoxæ Fidei suæ, Trajecti 1668. in gt. editæ, scripsi: Ego affirmo, me vix quemquam nō esse

*in tota Synodo, qui non eruditione præstet Johanne de Labadie, et si omnes ipse vincat fiduciam sui, inauditâ temeritate de quibuslibet disserendi linguae volubilitate; & incomparabili imprudentiam. Sic Gallicus de Gallico Pastore Pastor, invito forsan D. Phil. Jac. Spenero.*

ANASTASIUS Ecclesiæ Romanæ Bibliothecarius è Theophanis Chronico, ut Casimirus Oudin, olim Presbyter veteris instituti Ordinis Præmonstratensis, jam Reformatorum in numerum adgregatus, in Supplemento de Scriptoribus a Bellarmino omisssis, p. m. 219. edito Parisiis M DC LXXXVI. in 8t. perhibet, quod a temporibus Maximiani & Maximini Imperatorum continuavit usque ad Michaëlis & Theophili ævum, b. e. ad annum DCCCXIII. Historiam suam Ecclesiasticam concinnavit, ut ex duobus aliis Georgio Syncello, & Nicephoro Patriarcha Constantinopolitano, quos fere ad verbum transcriptos Latinè reddidit; & ita sequitur, ut merum Interpretis nomen mereri videatur. atque id constare etiam potest ex Fragmentis, quæ Dionysius Petavius in suis ad Nicephorum notis inseruit. Hæc Oudin, quô familiariter hic olim usi sumus. Porro Georgius Monachus Tarasii Patriarchæ Syncellus anno Ioccxii. Chronicon conficit, quod à Mundi Exordio usque ad Maximianum & Maximum Tyrannos perduxit, sed morte præventus ulterius perducere non potuit, ut ille ipse scribit ibidem Oudin p. m.

206. Illud Græcè & Latinè Parisiis in fol. anno  
cl̄o Ioc LII. cum Historia Theophanis evulga-  
tum est typis regiis inter autores Historiæ By-  
zantinæ studiō Jacobi Goat Ordinis Fratrum  
Prædicatorum, qui laborem suum Historicos  
ad Græcos corrigendos contulit, & observa-  
tiones dicto Chronicō adjecit. Quod autem  
dictus ibidem Oudin p. m. 207. subjicit: In  
hoc Volumen Syncellus universum Eusebii Cesa-  
riensis Chronicon verbotenus transtulit, sic tamen,  
ut in Eusebio reprehendendo penè sit perpetuus.  
At verò fatemur quidem meritò ipsum s̄aepē ab  
Eusebio dissentire: sed habet suos nævos Syncel-  
lus; non paucos nec exiguos, ut Scaliger in Anim.  
adversionibus Eusebianis docuit: debere vi-  
detur Gerardo Joanni Vossio, II. de Histori-  
cis Græcis, c. XXIV. p. m. 284. edit. Lugdun.  
Batav. cl̄o Ioc LI. in 4to scribenti: Syncelli hu-  
jus Chronicon ad nos pervenit cum inscriptione  
istiusmodi: Εὐλογὴ Χρονογραφίας, συντα-  
γῆσα ὑπὸ Γεωργίου Μοναχῆς, συγκέλλει γε-  
γονότος Ταρασίου Πατριάρχη: i. e. Excerpta  
Chronographicā, collecta ab Georgio Mona-  
cho, Tarasi Patriarchæ Syncello. In hoc vo-  
lumen Syncellus universum Eusebii Chronicon,  
nullâ verborum immutatione, transtulit. sed ita,  
ut perpetuus penè sit in Eusebio insectando ac ra-  
rō eum sine contumelia dimittat: quin etiam  
ἐμβρόντητον, i. e. attonitum, ac instar eoru[n]  
qui de cœlo tacti sunt, stupentem totum, ap-  
pellet.

pellet. Interim fatemur, merito fape ab Eusebio dissentire. Verum enim verò est etiam, cum Syncellus ipse non minus latè sit culpæ reus: quod passim ostendit Scaliger in Animadversiōnibus Eusebianis. Et p. 285. Georgius Theophanes Chronicon elaboravit uberrimum, quod interpretatus est Anastasius bibliothecarius. Familiaris fuit Georgio Syncello: qui, cùm, morte preventus, Chronicon suum tantum perduxisset usque ad tempora Maximiani, & Maximini; Theophanes reliqua, ipsius Syncelli postulatō, pertexuit; nempe usque ad obitum Nicephori Logothetæ, & initium Michaëlis Curopalatae, Rancabe dicti, Nicephori generi; ut testantur Joannes Curopalates, & Georgius Cedrenus, Historiæ suæ proœmiō. Id tempus incidit in annum Christi ICCCCXII. Hinc & in codice bibliothecæ Christianissimi regis, Syncellum hic Theophanes excipit. Miscellæ historiæ collector, uti in prioribus libris Eutropium, & Diaconum excipit: sic in posterioribus, puta ab initio lib. XVII. sequitur Theophanem, & ita sequitur, ut interpres verius sit, quam scriptor diversus. Atque id vel constare potest ex fragmentis istis, quæ Dionysius Petavius suis in Nicephorum notis inseruit. Thomæ Reinesio, Epist. XXXVIII. p. m. 314. edit. Lipsiens. MDC LX. in 4to ad Christoph. Adam Rupertum scribenti: Georgius Monachus, & Syncellus, Josephi & Eusebii exscriptor, ab Adam exorsus suum Chronicon, quod penes me est, desinit in rebus Michaë-

lis Imper. & Theodoræ, quæ incepit a. D. ICCCC  
 XLI: Epistolâ XL. p. m. 321. Rupertus respon-  
 dit: Georgium Monachum sâpe gestiebam vi-  
 dere, quod salivam mihi movisset Scaliger, quum  
 ad Casaubon. in Epist. p. m. 491. edit. Paris. an.  
 1610. scriberet: se ex illius reliquiis tantum pro-  
 fecisse, quantum non possit lectione omnium  
 scriptorum, quæ hodie extant. Et sane nobilis-  
 sima duo fragmenta sunt, quorum alterum de  
 ortu regni Parthici citat Bongars. ad Justin. lib.  
 XLI. c. IV. alterum de regibus Corinthiorum e  
 Diodoro Siculo L. Rhodomannus in hoc ipso  
 p. 352. Quæso bea me nonnunquam uno vel al-  
 tero loco memorabili, præsertim si quem habeat  
 ad historiam Romanam facientem. Ego sciens  
 Scaligerum sub initium anni clc Icc IX. diem  
 obiisse supremum, & editionem illius anni  
 1610. ad Casaubonum non habens: evolvi Jof.  
 Scaligeri lib. I. Ep. LXXII. p. m. 218. ubi hac  
 reperi: Ex illis reliquiis, quæ (f. quas) ex illius  
 Monachi Thesauro depromsi, tantum profeci,  
 quantum non possem lectione omnium scriptorum  
 qui hodie extant. Tamen injuria facta est illi.  
 Nam ille digesserat Χρονογράφιον suum per ca-  
 nones, & historias suis temporibus assignarat.  
 Librarii verò eas historias σπεράδην in tumul-  
 tuarium congeriem congesserunt: præterea miser-  
 rum auctorem in multis mutilarunt: quod pra-  
 ter alia certissima argumenta ex ipso auctore col-  
 ligitur, qui quadam promittit, quæ non compa-  
 rent. Accessit improbitati librariorum lectorum  
 scelus,

scelus, qui quædam folia amputarunt. Et p. 219.  
 edit. Lugdun. Batav. cīc loco XXVII. in 8t. Mul-  
 tum equidem debeo illi Georgio, & nonnihil tuo  
 Chronographio Consulari. Quamvis enim au-  
 tor homo id iōtηs fuit tamen illi secundum  
 Georgium, plus debeo, quam ulli alii Scriptori.  
 Quæsiverat Rupertus e Georg. Richtero, p.m.  
 432. hujus Epistolar. editar. Norimbergæ M  
 DCLXII. in 4to: Valde aveo scire quodnam  
 sit illud Chronographium Consulare, laudatum  
 a Scaligero in Epist. ad Casaubonum, p. 492. an  
 cum Eusebianis unā editum? item an Georgius  
 ille Monachus, cuius salivam jam dudum mo-  
 verunt Bongarsianæ ad Justinum notæ, & quem  
 in dictis literis commendat Scaliger, adhuc  
 àvēndor lateat in Christianissimi Regis Bi-  
 bliotheca? Cui sequente hæc Richterus respon-  
 det Epistolâ: De Chronographio Consulari &  
 Georgio Monacho, Scaligero tantoperè laudatis,  
 eō, quō significâsti, loco, nempe Epistolarum ad  
 Casaubonum p. 492. nihil invenio, nisi alia Tibi  
 earum Epistolarum est editio. In mea editione  
 Lugdunensi Batava Annō cīc loco XXVII. ali-  
 quoties quæ scripsit, legisse me memini, nempe  
 Epist. LXVI. LXVIII. LXXII. & LXXIII. p.  
 206. 218. s. 223. & 226. nimirum multum se li-  
 bris istis ad Eusebium suum fuisse adjutum. Ex  
 quo vides, in Eusebio jam haberí, quæ bona in  
 illis laudavit. Lucem verò addunt, quæ Casau-  
 bonus vicissim ad Scaligerum, & de Chronogra-  
 phio & de Monacho scripsit, Epist. CCCCCXXXVII.

**CCCCXL. CCCCXLIII. CCCCXLIV. & CCCC-XLVII.** p. 521. 525. 531. 532. & 536. quas Ca-sauboni Epistolas Gronovius noster, ut nosſi, ante quadriennium edidit. Ego utor editione Brunsvigensi M. DC. LVI. in 4to. In Bongarsii no-tis Lugduni editis. M. D. XCIII. in 8t. p. n. 70. vitiō typographi Georgii Monarchi Chronicon adducitur, quod in editione Justini Hacki-anæ opt. cl̄ loc LXXXIII. in 8t. emendatum video. Quæ hic ex occasione.

De Stephani AQUEI (ita enim se nominat in Dedicatione & in Præfatione, at sub ini-tium operis fol. i. sic est: *In II. Plinii librum, Stephani Aquei, viri equestris, Commentaria,*) Bituricensis in omnes Plinii libros Commen-tariis, Parisiis MD XXX. editis in fol. Beati Rhenani judicium e principio Epistolæ ad Phi-lippum Puchaimerum Cardinalem Maguncia-censem Medicum & Consiliarium in calce tri-um Rhenani de rebus Germanicis librorum, & in Centuria Philologicar. Epistolæ a Gol-dasto conlecta & edita Lipsiæ MDC LXXIV. in 8t. p. m. 195. f. legendæ, repetit Conradus Gesnerus in Bibliotheca, f. m. 602. b. edita Ti-guri MD XLV. in fol. quod quia Josias Simlerus Tigurinus in editione Tigurina MD LXXIV. in fol. p. m. 636. b. omisit, hic illud subjicerem nonnullum operæ pretium visum fuit. In pri-mis ipsum volumen (Aquei) non est exiguum ex variis congestum authoribus, quod usui pauper-oulis esse possit, qui non habent Bibliothecam, instru-

instructam: puta Aristotelem & Albertum de Animalibus, Raphaëlem Volaterranum, ex quo integra ferme capita author transcripsit bona fide, hoc est, unā cum ipsis mendis ne syllabā quidem mutatā, Cœlium Rhodiginum, Columellam etiam, Palladiūmque, & similes Scriptores. Nam hoc præcipue habet studio, citare testimonia authorum, qui (hæc vox omissa est male in citata Centuriæ Goldasti Epistolarum editione) cum Plinio faciunt, de verbis ipsis minimè (in Goldast. est minimum) sollicitus, quod illi penitus puerile videtur. In summa, liber talis est, qui si non magnoperè juvet, excitet tamen literas, & Plinium ipsum vulgo fortassis commendet, quæ mihi res in primis grata est.

**CONSULTUS**, ac Martianus CAPELLA, scribit Laurentius Vallensis, p. m. 773. Annotationum in Errores Antonii Raudensis, editar. Coloniæ MDLXIII. in 8r. de Arte Orationis precepta dant, sed plurima ex Quintilio ad verbum sumpta, quum tamen de illo, a quo furantur, mentionem non faciant, homines improbos, planèque ingenio miserò ac furaci, quos alias castigabimus. Chirii, sive Curii Fortuniani Consulti Artis Rhetoricae Scholicæ libri III. reperiuntur p. m. 38. s. Veterum Rhetorum a Francisco Pithœo JCto conlectorum & editorum Parisiis clo l<sup>o</sup> XCIX. in 4to.

Ioannis Arnoldi CORVINI Ecclesiastæ Leidensis Responsionem ad Ioannis Rogermanni Ecclesiastæ Leovardiensis Adnotatio-

nes in Pietatem Illustrum Ordinum Hollan-  
diæ & West-Frisiæ ab Hugone Grotio vindica-  
tam, Lugduni Batavor. MDC XIV. in 4to,  
II. partib. editam Gerard. Ioan. Vossius Epist.  
XC. ad Hugonem Grotium, p. m. 136. a. edit.  
August. Vindel. MDC XCI. in fol. his nobis  
commendat: *Hoc cogitandum erit, ut aliquid  
novi adferam post CORVINUM, quando ille  
meliorum laborum nostrorum partem nobis non  
invitis in Antibogermano suo exscripsit. Nam  
præter ea, quæ Dordrechti illi per te miseram,  
Lugduni hic utendum dedi, quidquid testimoni-  
orum ex antiquitate de singulis Hagensibus  
Controversiis, non sine labore longo congesseram.*  
*Quod cum sciret ipse, ante semestre & amplius  
in familiari sermone subvereri se dixit, ne dum  
magnam laboris nostri partem in suas cameras  
convehit, non tantum honoris qualemcunque  
fructum interceperit nobis, qui tanti non est mihi,  
sed etiam reliquum quod fecit, depreciae-  
rit planè, cum eadem a me reponi minimè sit ex  
honore utriusque nostri. Ego securum esse jussi,  
quandoquidem restarent alia multa, quibus lo-  
cum eorum, quæ exscripsisset, supplere abunde-  
possem. Quod verissimum est, solâ temporis an-  
gustiâ premor, quô minus eâ curâ hæc tractare  
possim, quâ opem.*

Gvilielmus Whitakerus de Thoma DOR-  
MANNO sequentia præfatur in Ioannis Ivel-  
li Satisburiensis in Anglia Episcopi, adversus  
Thomam Hardingum, Volumen, p. m. ut  
ego

ego numeravi, 7. editum Genevæ M D  
LXXXV. in fol. DORMANNUS quatuor  
questiones ex eo numero, quem Thomas Hardin-  
gus integrum edidit, quas ipse voluit, selegit, in  
eisque refellendis elaboravit: in quo omnes illum  
sibi melius consulturum fuisse judicant, si ad ali-  
am potius causam ac materiam tractandam ani-  
mum transstulisset, hanc peritioribus & doctiori-  
bus reliquisset. Et p. s. 8. extr. Neque verò in-  
tere à Dormannus penitus dormivit, & spartam,  
quam fuerat nactus, deseruit, sed bellum redin-  
tegravit, tantoque audaciùs in eum, aq. & laces-  
sus fuerat, incurrit, quanto ipse fuit d. : omni-  
um imperitissimus. Nam quum viribus & scien-  
tiâ minus potuit, subsidio sibi confidentiam &  
loquacitatem comparavit. Cui homini Græcorum  
illud verissimè profectò congruit, aμαθία μὲν  
Δέσσος Φέρει. Quis enim illò fuit indoctior,  
quis ineptior, quis minus in scripturis, atque ve-  
terum Ecclesiæ patrum libris exercitatus, quicum  
maximam vitæ partem in fabulis agendis con-  
sumpsisset, subito Lovanium profectus, & Theo-  
logiæ Baccalaureus inauguratur, & libros de re-  
ligione præclarus author conscribit? Quod qui-  
dem ei facile fuit, quando eam scribendi ratio-  
nem instituit, ut quicquid ille suò nomine ede-  
ret, aut ab Hosio Cardinali, aut a Pigghio Cam-  
ensi, aut ab ipso Hardingo, aut ab aliquo ejus-  
dem scholæ magistro, si fatetur, sumeret, si ne-  
get, surriperet, & totidem penè verbis transcri-  
beret,

beret, atque pro suo venditaret. Quod cùm  
furti genus quoddam singulare sit, eō tamen  
communi proverbio factum homo stolidus defen-  
dit, Nihil dictum, quod non dictum priūs.  
Itaque cuperem, ut quando illum Nowellus, qui  
erat cum valentiore adversario conferendus, re-  
sponsō dignari voluit, Dormanni mentionem  
nullam faceret, Hosio, Pigghio, & reliquis a Dor-  
manno in Anglicum conversis respondere se in  
titulo libri significaret. Sic enim & verè profite-  
ri, & majorem scriptis autoritatem conciliare  
potuisset.

Gulielmus DURANDUS, Mimatensis E-  
piscopus, J. U. D. clarissimus, ut est in titulo  
jam adducendi libri, lib. VII. c. XXXIV. Ra-  
tionalis divinor. Officiorum, fol. m. 451. b. e-  
diti opt. Lugduni MDCV. in 8t. Johannem  
Belethum, Theologum Parisiensem, c. CXXVII.  
more suō exscripsit, observante Matthia Fri-  
dericō Beckiō, c. VI. §. 19. p. m. 67. Martyro-  
logii Ecclesiæ Germanicæ pervetusti, Augusta  
Vindelic. MDCLXXXVII. in 4to editi, no-  
biske ab Auctore, amico nostro, muneri  
missi.

EPICURUM e Democriti insignis Philoso-  
phi fontibus hortulos suos rigavisse olim, nota-  
vit Thomas de Pinedo Lusitanus in Stepha-  
num de Urbibus, p. m. 5. b. extr. edit. Amste-  
rod. clo Ioc LXXVIII. in fol. addens p. 6. a.  
Democritus fuit primus, qui atomos excogita-  
vit, per quas postea Epicurus celebris evasit, ex  
quibus

quibus quatuor elementa, Solem & Lunam, &  
reliqua omnia composita fuisse afferbat.

Hubert. GOLZIUS, scribit Christoph. Adam Rupertus, p. m. 755. Oratoris Historici, Noribergæ MDCLXIII. editi in 12. religiosè sequitur Onufrium, an imprudenter exscribit?

Methodus Petri HISPANI, tradente Barthol. Keckermannò, Tom. I. Operum, Tractat. II. c. II. Præcognitor. Logicor. §. 29. col. m. 106. edit. Genev. M DC XIV. in fol. per omnia est eadem, ita ut de verbo ad verbum, deque capite ad caput, Hispanus suam Summulam e Michaëlis Pselli, temporibus Henrici quarti Imperatoris Constantinopoli florentis Synopsi Organii Aristotelis, in quinque libros digesta, suppilarit, & que jam Hispani dicuntur, ea Pselli dici debeant, siquidem duos istos conferenti manifestè appareat, Hispanum, qui Psellò posterior fuit, vix verbò a Psello discrepare, procul dubio, quòd cum in Psellum incidunt clam, puravit vel a nemine adhuc lectum, vel lectum non iri, que spes Petrum fecellit. Id eoque ei jam nihil, sed Psello vero authori debetur, quicquid in ea tam celebri olim Summula Hispani fuit laudis: que profectò non est exigua, si doctrinam de Modalibus perspicuè a Psello explicatam, Locorum item inventionis doctrinam spectemus, que in Psello laudatissima: Nec doctrina Suppositionum (quas vocant) a Scholasticis manavit, ut multi putant, quia Psellus lib. V. totum caput XXVI. habet περὶ ὄποις θέσεως.

Addi-

Addidit postea Hispanus nonnulla de Incipit & Desinit, de Ampliationibus & reliquis ejusmodi, quæ sine jactura profecto magna omitti potuissent. De Demonstratione Psellus in sua Synopsis non tractat, & hoc est, quod magnoperè hic desideratur: Sed & àmeodio magna est profecto: alioquin multa lectu non indigna. Hunc Keckermann locum notavit ante nos Cl. Joh. Albertus Faber n. XXXIV. Centuriaz Plagirior. at sequentem e col. 107. S. 37. dicti Keckerm. non: In annum Christi clocc LXXV. collocat Trithemius Petrum Hispanum Portugensem, qui initio quidem Episcopus Tuscanus (in meo Codice Trittemhem. f. m. 91. b. cedit. Coloniae MDXXXI. in 4to est Tuscanus) fuit & Cardinalis, post autem summus Pontifex, mutato nomine Ioannes XXI. dictus. Puto hunc esse, qui Summulas quas vocant Dialecticas scripsit, certè aliis Petri Hispani mentionem in Trithemio non adverimus. (Ipse tamen Abbas Spanhemensis Petri Hispani libros enumerans Summulas omittit) Quicquid sit, Summulas istas non Petri istius esse, sed Michaëlis Pselli paulò antè diximus, nec aliter judicabunt, qui Synopsis Pselli cum Summulis istis Hispani conferent.

Quamquam doctissimus Anglus Thomas HOBBES, quem in suo de Statu naturali paradoxo auctorem sequeretur, non est professus, tamen qui ista elementa cum iis comparabit, quæ de hominum ortu, & quemadmo-

dūm urbes esse cæperint, secundūm Epicurā placita librō qvinctō nugatur Lucretius, facile odorabitur, ex iisdem hortis etiam Hobbesianam succrevisse. Et verò, subjicit b. Jacob. Thomasius, Dissert. XIX. p. m. 187. edit. Halens. MDCXCIII. in 8t. cui sic sordebat Ari-  
stoteles, dignus erat, cui flores Epicuri olerent am-  
racinum. Quid? etiam tristiora, & humanae gen-  
ti magis probrofa philosophatur Hobbesius,  
quam ille Gargettiī senis sectator Poëta. Qvod  
ne frustra scripsisse videretur, pluribus ibi lau-  
datus Thomasius confirmavit.

Georgium HORNIUM lib. II. de Ori-  
gine Americanorū c. VIII. e Joan. Goropii  
Becani lib. V. & VI. Hispanicorum descri-  
psisse, testatur Henric. Kipping I. Institutio-  
num Politic. c. XX. §. XVI. extr. p. m. 172. a.  
edit. Brem. MDC LXVII. in 4to.

Cornelium a LAPIDE Jesuitam Roma-  
num, Balthas. Corderii Catenam Græcorū  
Patrum in Lucam pro more instanter exscri-  
psisse, adfirmat b. D. noster Dorscheus in Scrup-  
ulis Religion. n. XII. extr. p. m. 368. editis Ar-  
gentorati cl̄s Ioc LII. in 12.

Antonium POSSE VINUM in Biblio-  
theca Conradum Gesnerum tacitō auctoris no-  
mine exscribere solere, tradit Ger. Joan. Vossi-  
us, III. de Historic. Latinis c. III. p. m. 541.  
princip. edit. Lugdun. Batav. M DC LI. 4to.  
De Hieronymi RORARI libris hæc memo-  
rat Martinus Schoockius, Disp. V. Tractatus de  
Mm m Ani-

Anima Belluarum, §. IX. p. m. 119. s. editi Groningæ M DC LVIII. in 4to: Nullus ex Italïs fervidiūs hanc caussam, belluas sine ratione non esse, egit superiori seculō, quām Hieron. Rorarius Exlegatus Pontificius, cuius duos libros e situ primitus protaxit V. cl. Gabriel Naudæus. Dicere verò compellor de hoc Rorarii opusculo, magnam partem compilato e Plutarcho, quod de Anaximandro jam suō è vō testatus est Aristoteles, lib. II. de Cœlo, c. XIII. Κομψῶς μὲν, ἀληθῶς δὲ: i. e. eleganter qvidem, sed non verè.

**C. SALMASIUM** his Thomas de Pinedo p. 51. b. in Stephan. de Urbibus petit: *Vides Salmas. in Solin.* (Tom. II. c. XLVI. p. 681. a.) f. 969. & Casaubon. in *Athenæum*, lib. III. c. I. quin alter alterius meminerit.

**R. SALOMON BEN MELECH**, Amstelædami editus. R. Davidem Kimchium, Juðæorum eruditissimum ubique transcribit, si credimus Jac. Windet, M. D. Coll. Lond. in p. m. 10. Στρωμάτι. Ἐπισολικ. de Vitâ Fuctorum statu, edit.. Londini M DC LXIII. in 4to.

**S TRABO** Demetrium vitum peritum in rebus Geographicis plerumque seqvitur, ad notante Thomâ de Pinedo p. 765. b. in Steph. Sed isto de argumēnto hactenus. Gerardum Vossium, Ger. Joan. Filium, auctorem Notarum in Vellejum Paterculum esse, vestris in Excer-

Excerptis rectè habes. Ego part. XVI. Animadversion. mearum p. 271. multis de auctore & notis egi. Vale. Lugduni in Batavis a. d. XIII. Kalendas Novembr. c13 10 ccVIII.

## IV.

PARERGA SACRA, seu: Interpretatio succincta & nova quorundam textuum Novi Testamenti. Das ist: Heilige Neben-Wercke, oder: Eine kurze und neue Auslegung einiger Derter Neues Testaments. Utrecht. 1708. 8. 4 Bogen.

Diese wenige Bogen rühren von der Hand eines berühmten Juristen her, dem es gefället, wie Herr Reland in der Vorrede bezeuget, annoch verborgen zu seyn. Die Dörfer, so hierinn erläutert werden, sind folgende.  
 I. Hebr. XI, 19. dessen eigentlicher Verstand nach des Auctoris Meynung dieser: Der obhalben er ihn, in der Hinwerffung zum Tode, wieder nahm. II. Galat. III, 4. erklärt er also: Habt ihr denn so viel und große Wohlthaten umsonst empfangen? Wenn ihr anders umsonst, nemlich selbige empfangen können. III. 2. Tim. II, 3. sey das Wort *κακοπάθητον*, zierlich- und kräfftiger durch Streite zu übersetzen. IV. Luc. I, 78. 79. Diese beyde Verse unterscheidet und giebt der Herr Auctor folgender Maßen: